

Tabificas diseant potandi extinguere sordes,
Dum uitæ admittunt tempora grata breuis.
Exurgant, male facta tamen fateantur, & ista
Conueniant summum uoce rogante Deum:
Psal. 69. Eripe me impuri tepido de gurgite limi,
Ne noceat capiti labilis unda meo.
Ne me tempestas resluentibus obruat undis,
Néuc mihi puteus tristitia damna ferat.
Ebrietas Ebrietas aliud nihil est, quàm flamma coruscans,
flamma in Qualis in inferno dicitur esse lacu.
fernalis, Quæ semel arreptos tanta ui cogit & urget,
(Si uitæ ratio non melioris adest)
Ut socij nunquam curent pia fœdera amoris,
Ut nunquam leges sobrietatis ament.
Sæpe dies auidos tamen haud facit una bibones,
(Quod decet haud dubia me monuisse fide)
Allati qui sæpe uorant data pocula uini,
Et quibus immodicè sumpta falerna placent.
Qui propter certum potant studiosius usum,
Quiq; student haustus ingeminare suos.
Hos Bacchi socios, hos dixeris esse bibones,
Qui nulla renuunt uina uorare uice.
Quos si grata mouet bibere omnia uina uoluptas,
Quæ iubet adpositum quodq; uorare merum:
Ad uinum tanto bibuli incenduntur amore,
Ut nullum imponant sæpe bibendo modum.
Crimine qui poscit tamen ut sit liber ab isto,
A tanto cupiens degenerare malo.

si